Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36815
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



qui libet ualeat accipere. uel si sacerdos sit sacra myste
ria celebrare. hunc testamentum ueteris legis pollutū
dicit. & nisi lotum aqua usq; aduesperum intrare ecclesiam non concedit. sed est in eade illusione necessaria
ualde discretio que subtiliter pensari debet. ex qua re
accidat menti dormienti. aliquando enim ex crapula.
aliquando ex nature superfluitate. vel infirmitate. aliquando ex necessitate contingit. & cum ex nature superfluitate
vel infirmitate euenit. omnimodo hoc illusio non est ti
menda. quia hanc animū necessitatem ptulisse ma
gis dolendum est quam fecisse. Cum vero ultra modū appe
titu gule in sumendis alimentis rapitur. atq; id circo hu
mor receptacula grauantur. habet exinde animus
aliquem reatū. non tamen usq; ad prohibitionē percipien
di sacri misterii vel missarum sollempnia celebrandi. cū
fortasse aut festus dies exigit. aut exhibere mysterium
pro eo quod sacerdos alius in loco de eē ipsa necessitas cōpellit.
Nam si desunt alii qui implere mysteriū ualeant. illu
sio pcrapula facta apceptione sacri mysterii abstinere
ut arbitror humiliter debet. Lt. Sunt quibus ita
plerūq; illusio nascitur. ut eorum animus in somno cor
poris positus. turpibus imaginibus non fedetur. Qua in
re unde ubi ostenditur ipsa mens non rea. nec tamen suo
iudicio liba. cū se & si dormienti corpore nichil meminit
uidisse. tamen in uigiliis corporis meminit in gluuiē
cecidisse. si vero ex turpi cogitatione uigilanter oritur illu
sio dormientis patet anime reatus suus. uidet enī a qua
radice in quinatio illa pcesserit. quod quod cogitauit sciens. hoc
ptulit nesciens. Lt. Pensandū est ipsa cogitatio utrū
in suggestione animi delectatione. an quod maius est in
peccati consensu ceciderit. Greg. pp. Augustino anglorum
epo In epla cui initiū est. Desiderabile michi ate. & cetera.

Oportuerat Quādiu se agnoscit
affinitate ppinquos ad huius copule non accedere so